



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 40. S. Ildephonsus Toletanus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII modo reddituum stipendia dent. In qui-  
A. C. 667. busdam casibus plures Ecclesiæ unius  
 Presbyteri curæ committuntur, quia singulæ Presbytero sustentando non sufficiunt. Si res ita se habeat, Presbyter omnibus Dominicis in singulis Ecclesiis Sacrificium offerat, & pro Fundatoribus oret.

Ex his dispicimus, uni Presbytero, id postulante necessitate, plures Missas una die celebrare licuisse. Hæc mihi Canones Concilii Emeritanilegenti notatu digna visa sunt.

#### §. XL.

##### *S. Ildephonsus Toletanus.*

**S**anctus Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus, illa ætate maximum Ecclesiæ Hispаниæ Decus, extinctus est sub initium anni sequentis, Recesuinti Regis Mart. Rom. decimo nono, nempe 667. vigesimo tertio Jan. quo die Ecclesia ejusdem Memoriā colit. Is adhuc Juvenis de Bonis Julian. to. 2. Att. SS. Ben. p. 516. suis Monasterium Virginum fundavit, & se ipsum in Monasterio Agaliensi, cuius Abbas fuit, Deo consecravit. Inde invitus jubente Principe Toletum reditus, & Eugenio II. anno 658. vita functo Episcopus ordinatus, Sedem tenuit annis novem & duobus mensibus, & in Ecclesia S. Leocadiae infra pedes Antecessoris sui sepultus est. Multa S. Ildephonsus

phonius reliquit ingenii sui Monumenta, Sæculum VII  
 quæ in quatuor partes dividebantur. A. C. 667.  
 Prima præter alios complectebatur Tractatum de Virginitate Sanctæ Virginis,  
 qui solus nobis supereft, & Tractatum  
 de Proprietate Divinarum Personarum.  
 Pars secunda ejus Epistolas continebat,  
 Tertia Missas, Hymnos, & Sermones, in  
 quarta varia opuscula, atque etiam Epi-  
 taphia & Epigrammata partim ligata <sup>Bibl. PP.</sup>  
 partim prosaica oratione concinnata le- <sup>Paris to.8.</sup>  
 gebantur. Idem S. Isidori Catalogum <sup>p. 264.</sup>  
 v. Lab. Scr. de Viris illustribus continuavit. Alius Eccles. to.1.  
 quoque Tractatus de Virginitate S. Vir- <sup>P. 505.</sup>  
 ginis, & duodecim Sermones in quædam <sup>Dupin. to.7.</sup>  
 p. 110. Virginis festa S. Ildephonso a quibusdam  
 tribuuntur, quæ ipsius esse, Eruditi sibi  
 persuadere non possunt.

### §. XLI.

#### *Causa Joannis Lappensis.*

Eodem anno 667. 19. Dec. Joannes, Episcopus Lappensis in Insula Creta, Vital. to.6. Romæ Vitaliano Papæ in Ecclesia S. Pe- Conc. p. 445. tri Libellum obtulit, quo eum obtestabatur, ut sibi jus suum tribueret, & Sententiam contra se & alios Cretæ Episcopos a Paulo Archiepiscopo & Metropolita suo latam rescinderet. Post aliquot dies, cum Papa Concilium ad examinandam hanc Causam convocasset, lecta sunt Acta Concilii Cretensis a Paulo trans-